



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**Responsio Vniversalis Cleri Et Almae Vniversitatis  
Generalis studij Coloniensis ad Appellationem pro parte  
Reuerendißimi domini Archiepiscopi Coloniensis  
interpositam**

**Erzdiözese Köln**

**[Köln], [1545]**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35055**





Th. 1440 a.



1. Caroli V edictum ꝛ. novatores, Worms 1521
2. —"— Lupflura dñi Coluan dno  
Judg. Kol. Lamm zu blaisen C. 1544,
3. Optatus de officio dñi Capituli zu C. 1544
4. Dusselbe nuncupul dñi Fabrysch, dñi  
Judicium abjurjucken, mit  
dñm Actumont.
5. Appellatio Coloniensium in @ Relig. 44
6. Dñs Capitul nu dñi Fabrysch. 25 Oct. 44,
7. Citatio Imperatoris ꝛ. Archiep. Col. 45
8. Appellatio Archiepiscopi.
9. Citatio Curie Rom. ꝛ. Archiep.
10. Responsio cleri Col ꝛ. appel. Archiep.
11. Caroli V. Dignitatis suu Colu.
12. Jo Cochleus ad Capit. col. 1. Aug 45.
13. Herrn Archiep. ad Wormatienses
14. idem ad Imp. Carolum V.
14. Cochleus pro Roffensi et Thoma  
Moro
15. Capitul zu C nu dñi Jan Inghel.  
8 Aug 45
16. Dusselbe nu dñi Fabrysch dñm dñm  
17 Nov 45

Die alte Nummerierung ist falsch.

Insgesamt 30 Stücke

In. Paderborn, Bann  
April 1957



17. Act. Capituli C. protestant  
contra duo Cantus Ludlow, 7 Dec. 45

18. Sententia Nuntii ap. pro  
Capitulo V. Decanum.

19. Infirmatione duo dno in alligis  
Thoma in duo Capituli  
und in duo Cantus.



RESPONSIO VNI-  
VERSALIS CLERI ET ALMAE VNI-  
VERSITATIS GENERA-

*lis Studij Coloniensis ad Appellationem pro  
parte Reuerendissimi domini Ar-  
chiepiscopi Coloniensis in-  
terpositam.*



RESPONSIO VNI

VERSALIS CLERI ET ACADEMIE VNI

VERSITATIS GEMERICAE

IN

CAUSA

DE

LIBERTATE





# N NOMINE

DOMINI AMEN. TENORE PRÆSENTIS PV-

blici instrumenti cunctis pateat euidenter, & sit notum, quòd anno à natiuitate eiusdem domini nostri Iesu Christi, Milleſimo quingentesimo quadragesimo quinto, Indictione tertia, die quidem uicesimaprimum mensis Iulij. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri, domini

Pauli diuina prouidentia Papæ tertij anno eius undecimo. Imperij autem sacratissimi & inuictissimi principis & domini, domini Caroli, huius nominis quinti Romanorum Imperatoris semper Augusti, ac Hispaniarum regis Catholici etc. domini nostri clementissimi, anno uicesimo quinto. In Reuerendorum illustrium ac uenerabilium egregiorum & honorabilium dominorum primarij & secundarij totiusq; uniuersalis Cleri, necnon Recloris & delectorum ex alma Vniuersitate studij generalis inclitæ ciuitatis Colonien. meiq; Notarij publici, ac testium infra scriptorum, ad hoc uocatorum & rogatorum præsentia personaliter cõstitutus prouidus uir magister Henricus de Vuilshusen, prætaclæ Vniuersitatis studij Coloniensis Pedellus iuratus, necnõ præfatorum dominorum prelatorum, & capituli Metropolitanæ, omniumq; & singularum aliarum Ecclesiarum collegiatarum, ac Monasteriorum & piorum locorum, totiusq; & uniuersalis primarij & secundarij Cleri. Necnon etiam prædictorum dominorum Recloris & totius uniuersitatis generalis studij ciuitatis Colonien. partium suarum principalium Syndicus siue procurator legitime cõstitutus, de cuius Sindicatus, siue procurationis mandato mihi Notario publico infra scripto legitime constabat & constat. Eoq; nomine Sindicatorio siue procuratorio sonora uoce in medium proposuit, dixit, & enarrauit. Qualiter ante certos dies elapsos: Reuerendissimus & illustrissimus dominus noster Archiepiscopus Colonien. princeps elector etc. quandam. Appellationem per gratiam suam interpositam prænominatis dominis & partibus principalibus per Notarium publicum in præsentia testium insinuari fecerit. Cui quidem Notario insinuanti. Præfati domini de Clero, & Vniuersitate, post aliqualem inter se deliberationem habitam, in curia gratiæ suæ Reuerendissimæ Coloniae in uico potius sita per honorabilem dominum Diethmarum Reynen Ecclesiæ sanctorum Apostolorum Colonien. canonicum & pastorem, eorundem dominorum de Clero & Vniuersitate suorum principalium Syndicum siue procuratorem, ad eandem appellationem interpositam,



fitam, & insinuatā responderunt, & se responderi fecerunt, prout & quem  
admodum in quadam papyri scedula, quæ publice & intelligibili uoce coram  
præfatis dominis de Clero & Vniuersitate lecta fuit, latius continetur & ha  
betur. Dehinc præfati domini de Clero & Vniuersitate amplius deliberati  
per organum præfati eorum Sindici ad eandem Appellationē insinuatam re  
sponderunt, prout in quadam papyri scedula continetur, cuius tenor de uerbo  
ad uerbum inferius proximè est insertus. Petens sibi de super tam pro se, quam  
etiam dictis dominis & partibus suis principalibus unum uel plura, publicum  
uel publica fieri atq; confici instrumentum & instrumenta in meliori forma.  
Acta fuerunt & sunt hæc in loco capitulari Metropolitanæ Ecclesiæ Co  
lonien. sub anno domini, Indictione, mense, die, Pontificatu & Imperio præ  
dictis, Præsentibus ibidē honorabili & discretis uiris domino Mathia Vual  
beck, uicario dictæ Metropolitanæ Colonien. Ecclesiæ, & Casparo Ge  
uuer de Confluentia Clerico Treuerensis Diocœsis testibus ad præmissa uo  
catis & rogatis. Tenor papyri scedula responsionis, de qua præfertur, sequi  
tur, & est talis: **CVM NOS ANNO** Millesimo quingentesimo qua  
dragesimo quarto, die Iouis nona mensis Octobris, à quibusdam planè irreligi  
osis & illicitis præsumptionibus & nouationibus in euerfionem & concula  
tionē nostræ prisçæ, ueræ, Christianæ & Catholicæ Religionis per Re  
uerendissimum dominum nostrum, dominum Hermannum Archiepiscopum  
Colonien. principem electorem, etc. perfidorum & leuissimorū hominum cons  
ilio & impulsu attentatis, & ab eo tempore per hanc inçlytam Diocœsim,  
propellentibus & urgentibus eisdem hominibus huius mali incentoribus, lon  
gè lateq; propagatis, omnibus sanè orthodoxis, Catholicæq; & Apostoli  
cæ fidei cultoribus omnino intolerabilibus non temere, sed extrema adacti ne  
cessitate (eo quòd apud præfatum Reuerendissimum dominum nostrum nullæ  
nostræ toties fusæ supplices preces, nullæ informationes seu Antididagma  
ta, quamlibet iure diuino & humano subnixæ, ad flectendam gratiam suam in  
saniorē sententiam quicquā ualere potuerint) ex longè sanctissimis, iustissi  
mis, & æquissimis causis, pro nobis, omnibusq; alijs, nobis in hoc tam pio com  
munis Religionis negotio adherentibus & adhæsuris, ad sanctissimū in Chri  
sto patrem & dominū nostrum, dominū Paulum sanctæ Romanæ & uniuers  
salis Ecclesiæ Pontificem maximū, sanctamq; sedem Apostolicam, (à qua  
hæc Ecclesia Colonien. fidei rudimenta suscepit) necnon ad inuictissimum,  
sacratissimumq; principem & dominum, dominum Carolum diuina fauente cle  
mentia Romanorum Imperatorem Augustum, gloriosissimum & Catholi  
cissimum, uti Ecclesiæ & Religionis nostræ sacrosanctæ supremum à Deo  
constitutum aduocatum & protectorem, & eorum, quæ in Religione hæde  
nus catholicè definita sunt, uerum & principalem executionem, etc. præfati  
quidem



quidem Reuerendissimi domini nostri, post Deum summos & nostros clementissimos dominos coniunctim & diuissim, & prout ad officium alterutrius hæc causa & illius executio pertinet, ritè & legitime appellauerimus. Eandemq; Appellationem præfato Reuerendissimo domino nostro, prout de iure insinuatam ulterius memorato sanctissimo domino nostro, necnon sacratissimæ Cæsareæ Maiestati humillima cum instantia præsentauerimus, seu per nostros legitimos Syndicos præsentari fecerimus. Ipsiq; tam summus Pontifex, quam inclytus Imperator singuli, prout se concernit, eandem clementissime receperint. Ac etiam Imperatoria Maiestas eiusmodi Appellatione nostra, ut præmittitur, recepta, nobis de super legitimum citationis & inhibitionis mandatum, necnon suæ Maiestatis Imperialis tutelæ & protectionis literas sub grauissimis ac debitis pœnis per nõ obtemperantes eo ipso incurrendis decreuerit, ita quod præscriptæ Appellationi nostræ iam dudum manus principum (ad quos appellatum & negotium ritè deuolutum est) sint appositæ, & præsertim Cæsareæ Maiestatis, in cuius potestate & Reuerendissimus, & omnes sui subditi existunt. Quapropter ex his, quàmplurimisq; alijs iustis & rationabilibus de causis, non possumus prætensæ Appellationi Reuerendissimi domini nostri, nobis dudum insinuatæ (quæ nihil aliud censenda est, nisi libellus plenus comitijs & iniurijs pro libidine scriptoris innocentes, & optime de Reuerendissimo meritis illiberaliter, ne quid durius dicamus, congestis. Nihil insuper solidi, nihil fundati, ad finem illum, quem spectat, continens) quouis modo deferre, sed eam simpliciter prout meretur refutamus, & loco ulterioris responsionis nostræ præscriptas literas Imperialis tutelæ & protectionis transumptas præfato Reuerendissimo domino nostro per Syndicum nostrum insinuari mandamus. Requirendo gratiam suam Reuerendissimam summo, quo possumus, serio & instantia, ut eisdem in omnibus, & per omnia præter omnem ulteriorem dilationem, realiter & cum effectu pareat, nisi uelit tam grauissimas pœnas, quas suæ Reuerendissimæ gratiæ Cæsareæ Maiestas alioqui interminatur (quod absit) incidere. Protestamur quoq; nos ipsa necessitate adigendos (nisi tamen gratia sua Reuerendissima præscriptis literis, ut præfertur, semel paruerit) ut prædictam Appellationem nostram omni diligentia, non aliter quam prout de iure prosequamur, pro cõseruatione catholicæ fidei & Religionis nostræ, quam à Diuo Petro acceptam, & tot centenarijs annorum in hac Ecclesia per manus traditam & custoditam deserere nunquam poterimus.

Et



Et ego Leonhardus à Fossa clericus Colonien. Diocœsis publicus sa-  
era Imperiali autoritate Notarius, necnon Metropolitanæ Ecclesiæ Colo-  
nien. subsecretarius iuratus: quia præfata responsioni Apostolorum, omni-  
busq; alijs & singulis, dum sic, ut præmittitur, fierent & agerentur, unacum  
prænominatis testibus præsens interfui. Eaq; sic fieri uidi & audiui. Ideo  
præsens publicum instrumentum manu alterius, me interim aliunde legitimè  
occupato scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc publi-  
cam formam redegi. Signoq; nomine, & cognomine meis solitis &  
consuetis signavi, in fidem & testimonium omnium præmisso-  
rum rogatus, & in uim iuramenti mei uenerabili  
Capitulo Colonienfi olim præstiti  
serio requisitus.









+  
372





















E  
189

XIV

Th  
1440a